

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Analysis terminorum, vocabulorum, regularum et
axiomatum theologorum praecipuorum, quae passim vel
in scriptura sacra vel in patrum ac orthodoxorum
theologorum scriptis occurrunt**

**Hafenreffer, Matthias
Pfeil, Johann Conrad**

Tubingae, 1609

Errata


[urn:nbn:de:bsz:31-128708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128708)

Cepha: Ego autem Christi: Vbi tamen utrobique, ingens est diuersitas. Nam Paulus, Cephas & Apollo eandem sonabant doctrinam: Lutherus autem, Caluinus, Schuuenckfeldius & alij longè diuersissimam. Proinde, qui dogmata sectantur à Christi Verbo aliena, hi iam à suis, quos sequuntur Magistris dilucidius discernendi causâ rectè ac meritò denunciantur; idè, Scripturæ autoritate, quæ profani cuiusdam Nicolai discipulos, Nicolaitas appellat. Apocal. 2. v. 6. Cùm ergò Caluiniiani, aliam doctrinam, suis Auditoribus proponant, doctrinæ Christi contrariam, rectè ab Authore & Magistro Caluino, discipuli Caluiniiani cognominantur.

Abusus non tollit Rei vsûm.

Regulæ hæc confirmatur inductione. Exempli gratiâ: Satanas. Scripturæ Sacrae testimoniis, cœu instrumento quodam nequiter abusus est ad execrabilis errores & hereses stabiliendas: quemadmodum & doctrinâ Legis per suæ vanitatis organa trahit horribili abusu, ad confirmandam in hominum animis opinionem de propriâ iustitiâ operum. Non tamen concludere fas est, quòd propter horribilè abusum istum planè reicienda sint Biblia sacra. Sic Euangelij doctrinâ abutuntur homines ad carnalè securitatem, peccandiq; licentiam: sacratissimis verbis cœna (Hoc est Corpus meum) Sacrificuli abutuntur directè & ex professo ad Missæ Idololatriam celebrandam: adorabili illo nomine æterno Maiestatis Dei, Jehouah, abutuntur Iudæi ad Idololatriam plusquam Ethnicam in suo Schemhamphoras: omnibus beneficiis Redemptoris nostri Christi, ad execrationes plusquam Turcicas abutuntur sceleratè blasphemi, nomine Sacrosanctæ Trinitatis ad Magiam, ad superstitiones impias & incantationes diabolicas. Nec tamen sequitur, quòd nec Euangelium, nec verba institutionis, nec nomen Jehouah nec Trinitatis nomen amplius à nobis possit aut debeat usurpari: quandoquidem per detestabilem abusum, hæc omnia contrà suam naturam inferuire coguntur memoratis Satane operibus.

Deo soli laus & gloria Amen.



Errata.

Fol. 5. Lin. 11. lege Spiritu. Fol. 8. Lin. 5. pro 16. lege 10.

F I N I S.

